

A calor influens externa membra deserit, duratque tantisper, donec ipse calor in partibus internis corporis versatur, necessarium utique est in generatione animalis, ac in primis etatibus somnum longorem esse vigilia, quia cogitur calor diutius intus manere, ut materia concoquatur necessaria ad generationem, incrementum, & nutritionem corporis: progreudente uero aetate, quanto minus requiriatur materiae, cessante primum generatione, postea auctione, tanto minor est intus calidi natiui mora, ac breuior proinde somnus, & longior in dies vigilia euadit. Accedunt, & aliae causae aetatis progressu, ut cogitationes, curae, & reliqui animi corporisque motus, qui calorem ab internis visceribus euocant, ac quietem somnumque interrumpunt. Hanc ergo seruant somnus & vigilia proportionem, ut in ipsa generatione, & in primis etatibus somnus necessario uigiliam excedat, in aliis ue-ro, nonnulli ob peculiarem corporis naturam, aut uitium, si non plus, solum equaliter dormiunt, & uigilant: quales sunt illi, quibus uel caput frigidum, & humidum contigit, aut internae partes destinatae ad concoctionem sunt infirmae, uel laboriosa est uita, aut habitatio in aere frigido, & humido, aut uictus copiosus, & crassus, aut alia denique adiunt causae, qua calorem diu intus concludere sunt aptae. Ceterum plantis inquit Aristoteles somnum inesse impossibile est, quoniam nullus somnus inexpurgiscibilis est. At hoc meo quidem iudicio rationem non redditius quod queritur: nam ut omittam, quod antea etiam ostendi, somnos aliquando inexpurgiscibiles esse, illud certe non sequitur, ideo plantas non dormire quia somnus talis sit, sed quia ut ipsi Aristoteli placet uinculum est sensuum, & affectio quemdam, qua quum plantae careant, nec somnus, nec uigilia in illis fieri possunt. Illud quoque silentio pertransire nolo, quod querit Aristoteles problemato quinto sextae sectionis, quur inquam somnus magis accedit, cum parte dextra corporis cubamus: neque enim experientia aliquid tale docet perpetuum esse: quippe cum alij in dextrum, alij in sinistrum latus, alij in dorsum, alij in ventrem facilius dormiant, nec illud quidem recipiendum est, quod eo loco habet, somnum priuationem esse motus, & dextrarum pattium esse mouere, ideo q; illas partes quiete oportere, quarum mouere interest; necessarium enim esse, ut uigilantes, contra quam dormientes habeant. Nam primum somnus non est priuationem motus, sed sensus dunataxat, ut ille passim docet: deinde non magis dexteritas, utras quam sinistras, interest mouere: postremo etsi somnus & vigilias inter se differunt, non tamen propterea necessarium est, corpora que has affectiones viciissim suscipiunt, nihil habere posse idem quum dormiunt & uigilant. Quir vero pueri rideant quum dormiunt, non autem quum uigilant, docere conatur Aristoteles libro quinto de Generatione animalium, sed quam rebus nunc expendere nolo,

Contra quam dormientes habeant. Nam primum somnus non est priuationem motus, sed sensus dunataxat, ut ille passim docet: deinde non magis dexteritas, utras quam sinistras, interest mouere: postremo etsi somnus & vigilias inter se differunt, non tamen propterea necessarium est, corpora que has affectiones viciissim suscipiunt, nihil habere posse idem quum dormiunt & uigilant. Quir vero pueri rideant quum dormiunt, non autem quum uigilant, docere conatur Aristoteles libro quinto de Generatione animalium, sed quam rebus nunc expendere nolo,

Dilijs etiam in hac tractatione aliis non minime dubitum est, quid excogitandum res linquatur.

Finis primi Libri.

Ioannis Argent, de Somno & Vigilia, folio xviiiist on D. IOAN-

becker